



Hoc
Monumentum grati animi

ossibus

VIRI

Amplissimi nec non doctissimi

DOMINI

JOHANNIS CHRISTIANI
MAII

CANTORIS ET COLLEGAE LYCEI,

quod ad Salam floret,

longe meritissimi

IV. Idus Maji A. CHR. MDCCXXI.

erigere volebat

DISCIPVLORVM BIGA.

NVMBVRGI,

Typis BALTHASARIS BOSSOEGELII, Privil. Typogr.



Motte

Kapsel 78 N 13 [98]

AK



Dnde comis video moestas irreperere taxos?
Unde dolor tristes obruit imbre genas?
Ferrea luctisoni quaenam inclemensia fati
Inficit atratis ora gelata notis?

MAIVS obit, querulis schola planetibus adstrepit
agros,

IVS obit, ingeminat vocis imago sonos.

IVS obiit, recinunt Parnassia numina, **MAIVS**
Spes fuit & nostri gemma decora chori.

Qualiter attonito vultu de turre cadentem
Horruit Hector atrox Astyanacta suum;

Qualiter Icarias caedes Marethonia virgo
Flevit, & Heliadum grex Phaethontis iter;
Non aliter stupui, postquam vox ambiit aures

Prima: perit Maji Spes columenque domus.
Protinus en lacrymae madefacta perora ruebant;

Nix ut ab Ismario colle soluta fluit.

Lingua metu torpens, & nescia credere verbis
Prodebat tales obstupe facta sonos:

Num perit? it, geminis referebat vocibus Echo,
Itne? respondebat lingua retenta diu.

Cur mihi vittatos investiat inclyta crines
Laurea? cur phlyris tempora nexa feram?

Ite, Dionaeo quae curat Diva subantro,
Serta Palaemoniis nobiliora mitris.

Nostra

Nostra cupresfi feris praecingant tempora ramis,
Hi, quos Arferias non temerare pudet.
Uvida largifluis hume^ctent lumina guttis
Corda cruentatae scissa furore manus.
Oraque tabificis lacrymis verba ebria fundant:
Spes heu cum MAIO naufraga nostra perit!
Tu vero ire cito pede perge, his perge relictis
Terris aetheriae scandere tecta domus.
Quaeque sepulchralis spatiis insculpere faxi
Nostra parat pietas, accipe, verba brevi:
Conditur hoc MAIVS CANTOR, qui CANDOR,
in antro,
Osibus accumulet MAIVS ubique rosas.

*Hacten
Affetus sui daturus tessaram
adficiebat*

Zacharias Richterus,
Lipz.

Ite genus lacrymae praeclari ad busta Magistri
Ite cito segnes praecipitate moras.
Omnia luctisonis resonant cum fletibus ora,
Ne fint officii debita surda mei.
Accipe caelicolis nunc annumerate catervis!
Quod mea jam pietas fundere grata jubet.
Qui me sincero complexus amore fuisti:
Non in Phillyriden major Achillis erat.
Victor Amyntiades quod dixit nobilis olim,
Praeceptore minus pondus habere patrem:
Nam dare doctorem pracepta salubria vitae,
A patre infelix cum modo vita foret:
Id mihi praescribit constantis munus amoris
Dicere: dilecti Patris amate loco.
Qui rude formasti paucis Praeceptor ab annis
Ingenium studiis sedulitate meum.
Sed quae pro meritis TIBI praemia digna rependam?
Qui nunc aeternae munera laudis habes?
Tibridis urbs fontes fertis ornare solebat,
His quod dulcissimas inveniebat aquas;

Non

Non fallar didici de TE VIR amate Camenis
Quae plus Hyblaeo nectare mellis habent?
Quod TIBI talis erat facundae gratia linguae
Nestoris haud Pylii qualis in ore fuit.
Mulsa loqui poteras, condita papavere verba,
Et nunquam ingratos ore referre sonos.
Figo cupressiferos tantum, nunc optime, ramos
Quem decorare meum cor Tua busta cupit
Ergo Nero magis diro Büsiride saevus.
Doctorem Senecam tollere morte paret:
Hic gratam Augustus superans virtute Monarchas
Quos tulit aut unquam Martia Roma feret,
Exacuet mentem, quo TE non peccore linquam;
Aemonium ut quondam Laodamia virum.
Utpote qui posuit statuam de marmore Flacco,
Quo duce virtutis molle securitus iter,
Tabida sed potuit statuam hanc delere vetustas;
Sed TIBI quam statuam pono, perennis erit.
Scilicet in memori semper TE corde fovebo
Nemo me cernet dememinisse TVI
Sive soporiferis Phoebum nox opprimat umbris
Lucifer a roseo seu vocet axe diem
Interea recubent Tua busto hoc ossa reposta
Quod non immemorem me sinit esse TVI.
Donec in extremo renovatus tempore surges
Corpore, in altri ferum perveniesque polum.

Johannes Augustinus Seebergerus,

Vinaria - Thuringia.



78 N13 [98]

X3013716

15

B.I.G.

Black

White

3/Color



Red

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

Hoc
Monumentum grati animi
ossibus
VIRI
plissimi nec non doctissimi
DOMINI
ENNIS CHRISTIANI
MAII
RIS ET COLLEGAE LYCEI,
quod ad Salam floret,
longe meritissimi
Idus Maji A. CHR. MDCCXXI.
erigere volebat
ISCIPVLORVM BIGA.

NVMBVRGI,

ALTHASARIS BOSSOEGELII, Privil. Typogr.



Kapsel 78 N 13 [98]

AK

